



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

11 de Archiepiscopis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

quietos, sicut apud Hesiodum lib. 2. Ergo. *ἡμῶν δ' ἐκπύρες τ' ἀ-*
γαυροὶ πύριον ἐκπύρον ἐκπύρον, &c. ut & apud Homerum *Iliad.* 1. &
 alios. Hos familiares si friganos a Græcis vocari testatur Guil-
 lelmus Tyrius, lib. 1. *de bell. sacri.* c. 12. cancellos, sed vere ne cor-
 rupta vox sit. ¶ Electio, ¶ desinitur pastore sede patriarcharum
 competit canonicis ecclesiarum patriarchalium: nisi ciuitates patri-
 archales occupentur ab Agarenis, & canonici pauci inibi in-
 uentiantur, quo casu electio deuoluitur ad Sam. Pont. c. *sancta Ro-*
mana, de e. eccl. in extrava. commu. ¶ Confirmat ¶ & alioquin elec-
 tio patriarchas & primates sum. Pont. c. *scriptum.* c. 40. de electio.
 apud Greg. vel legatus de latere ut episcopos, qui ab archiepisco-
 porum eximitur potestate, c. *si abbate.* c. 36. de elect. in 6. ¶ Hic ¶ no-
 tandum est, in episcopatibus & archiepiscopatibus vltimarum
 patriarchales sedes valde decreuisse ob tyrannidem Turciam,
 sub qua degunt, illis Christianis derelictis: sicut in Ægypto vsur-
 pata Senlona, que erat archiepiscopatus vlt Imperatoribus Gre-
 corum Orientis: nem Gazarus & Vato episcopatus, vbi erat tem-
 pliorum sedes: Hierusalem, Sebaste que olim Samaria. Et ver-
 tus Arabiam, Ebron, Patracensis, Cumatensis, que nunc Eracum,
 sedes archiepiscopales, alie que alibi permuta: ¶ in ¶ quarum locum
 cum Deus fidem Christianam in insulas extimas, seu noui orbis
 incolas producens, episcopales sibi delegit sedes. Nam & ibi plu-
 res tunc episcopatus a tempore Alexandi 6. sum. pontifici, qui pri-
 mus quinque erexit, *Petrus Mar. lib. 9. Decad. 2. noui Orbis.* ¶ Pa-
 triarchas a summo pontifice pallium accipiunt, plenitudinis offi-
 cii pontificalis insignis, quod & ipsi postea suis suffraganeis largi-
 untur, c. *antiqua.* 23. de primleg. Atque cum hoc priuilegium ha-
 beat, ut crucis vexillum vbi que sibi præferri iubere possint: præ-
 terquam in vrbe Roma, aut vbi cum summus Pontifex exstiterit,
 aut eius legatus, qui vtatur in signibus apostolicæ potestatis libere
 appellari. Quod Ioannes Andreas, Panormitanus, & alii, in c. *an-*
tiqua, de prim. intelligunt etiam omnino medio: aliter enim hoc
 priuilegium non esset adscribendum, cum ad Metropolitanum
 quemlibet pronocari possit iure ordinari a suffraganeis, c. *si in-*
ter episcopos. 6. q. 4. & Metropolitanus sit suffraganeus patriarcha-
 rum, c. *pastoralis, de offic. ordina.* Item priuilegium vbi non nisi con-
 sulto patriarcha possit archiepiscopus episcopum ordinare, cap.
quoniam. 65. distict.

8 Archiepiscoporum auctoritas & officium, & d.
 9 Episcopi sine permissione archiepiscopi in aulam principis non
 eunt.

Archiepiscopi ¶ illis vrbibus feruntur a beato Petto præpo-
 sitis, quibus antiquæ superstitionis & idololatriæ præsent
 arch. flamines, can. illis, 80. distict. Atque ex sententia Wolph-
 gangi Lazii, in Gallis & Germania, in illis sedibus, vbi erant re-
 ctiores prouinciarum, proconsules, legatiue proconsulares, Me-
 tropolitani constituti fuere episcopi, *Wolphgangus Lazius, lib. 2.*
commentarior. reipub. Roma. cap. 2. Archiepiscopus episcopis ma-
 ior, can. 1. 2. 3. 9. quæst. 3. can. cleror. 21. distict. §. fin. de monach. in Au-
 thent. collat. 1. tit. 1. §. inferior primat. ca. 1. 99. distict. Sidonius ta-
 men Apollinaris scribit, Metropolitanos in Gallia sedi Romanæ
 immediate subiectos, alibi autem patriarchalibus, *Sidonius Apol-*
lin. dum Claudiani episcopi epitaphium describit. ¶ Archiepiscopus
 ¶ in vtroque ciuili & pontificio iure, sæpe Metropolitanus dicitur,
 per totam ferè 9. quæst. 3. & in §. final. de monach. & in §. nos au-
 tem, de non alienandis rebus ecclesiast. in Authent. neque hæc no-
 mina d. ferre docet Rebuffus, ad §. 1. de institut. in Concord. vt &
 Metropolitanus est, quod archiepiscopi competat, ca. *vt lit-*
gantes. c. 5. de offic. ordina. lib. 1. 6. Decret. tit. 1. 99. cap. 1. de offic. leg. lib. 1.
 Decret. tit. 30. ca. 1. de arbit. lib. 1. Decret. tit. 43. §. 1. de ecclesiast. iuri.
 collat. 9. tit. 6. in Authent. ¶ Idorus ¶ ratus est Metropolitanos di-
 ctos fuisse a numero ciuitatum: quia & Pelagius Papa scripsit,
 singulis prouinciis præesse debere vnum Metropolitanum, at-
 que in vnaqueque prouincia esse debere vnde decem vel saltem de-
 cem ciuitates, & totidem episcopos, ca. cleror. 21. distict. Et forsan
 quidem Pelagius talem prouinciarum & diocesium distinctio-
 nem accommodam existimauit eiufmodi non fuit semper, sed
 natu principum, annorumque curriculo, prouinciarum forma
 mutata est, vt docet Beatus Rhenanus in libro, qui inscribitur, *noti-*
tia viriisque imperii, tum Orientis, tum Occidentis, dum agitur de
descriptione prouinciarum Illyr. Sextusque Rufus consularis, in *epi-*
stome historia Romana. ¶ Placuit ¶ autem Budeo, Metropolim ci-
 uitatem dici, ex qua colonia, nempe alia oppida processerunt, id
 est, ex qua coloni & incolæ in alium locum translati sunt, *Budeus*
ad obseruare. de offic. proconsul. annot. prior. ad Pand. Et ita se ha-
 bere *philosophus ad apollin. seu coloniam, vt matrem ad filia: quod*
& Suidas tradit, apud ius prætor. q. 1. de coloniis, quasi dicamus ciuita-
 tem matrem. Et vt scribit *Simplicius lib. 8. de Geometria, apud q. 1.*
philosophus dicitur τὸν ἀλλοτ. Et iuxta hanc mentem, episcopus Me-
 tropolitanus is esset, qui in ea vrbe sedem haberet, ex qua colonia
 deducta sunt: quæ tamen interpretatio non quadrat archiepisco-
 patui vere, neque archiepiscopatus sunt colonie, quas ex ea vrbe
 translatae esse constat: quia colonie etiam in longinqua regna &
 nationes transferebantur, vt fuerunt ex Romanis colonie per
 tractum Norici, Ripensis, Pannoniæ primæ, Laureacum, Car-
 nurum: & in mediterraneis ad Saunum atque Drauum fluuenta.
 Distibuit etiam Carolus Magnus Francos & Suenos per Pan-
 nonias & Teutonum colonias. Fuerunt Getarum seu Gotho-
 rum, Vandalorum, Cattorum, & aliarum nationum in varias par-
 tes propagatae colonie, quæ archiepiscopo vni subiectinequeunt.
 Quamobrem per translationem metropoles ciuitates & archi-
 episcopatus dicemus, quæ tanquam matres curam agunt sibi sub-
 ditatum ecclesiarum, in eadem prouincia constitutarum, vt Theo-
 dosii sar. Actone colligitur, per quam ciuitatem Beyrum in prou-
 incia Phœnicie Metropolis nemine denauit, l. 1. de Metropol.
 Beryto. lib. 11. C. tit. 1. ¶ Archiepiscopus ¶ eligitur ab episcopis
 conuenientibus in Metropolitana ecclesia ex clericorum omni-
 numque ciuium consensu, can. *Metropolitano.* 63. distict. can. qui
 in aliquo crimine, §. 1. distict. Anterique qui sedit anno domini 15 9.
 est decretum, vt Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis ordi-
 netur, can. *Archiepiscopus ab omnibus.* 66. distict. Electus a prima-
 te, vel patriarcha confirmatur, vel si is sit ab eorum ditione exem-
 tus a summo Pontifice, cap. *bona.* & c. *nihil, de election.* siue electio
 fiat iure communi, siue ex nominatione regis in Gallia fiat, ut de
 reg. ad prelat. nom. in concor. ¶ Consecratur ¶ subinde, & vngitur,
 c. 1. de sacra. vnctio. & ordinatur: pallium accipit, ante cuius recep-
 tionem non potest iura ordinis episcopalis exercere, non virgines
 consecrare, nec synodum celebrare, gloss. in cap. quoniam qui-
 dam, & ca. pallium, 100. dist. ca. quod scitur. & ca. significasti, de elec-
 tion. vide *Bertachinum, tract. de episcop. cap. fin. tit. 3.* hæc enim li-
 cent tantum post consecrationem & palli ademptionem, non an-
 te etiam si confirmatio facta fuerit. Tubet tamen & suffraganeos
 suos ab aliis consecrari, c. cum ex officio, c. 16. de prescriptio. lib. 2. de-

De Primatibus. Cap. 10.

1 Primas dicitur omnis patriarcha, sed non contra.
 2 Primatus prescribitur & primilegium.
 3 Primatus regnorum.
 Primates quidem, ¶ appellari quodammodo patriarchæ pos-
 sunt, c. 1. 2. 3. 9. distict. can. *conquestus.* 9. q. 3. attamen non omnes
 primates vere patriarchæ sunt, can. nullus primas, 9. quæst. 3. Primas
 namq; alio in loco, quam vbi patriarchæ instituti sunt, esse potest,
 nihilominus officii, quod est patriarchis, sed nec tanta auctorita-
 tis, neque cardinalibus præferuntur, *Lehnus in rub. de maior.* & o-
 2 bed. ¶ At ¶ maiores archiepiscopis, a quibus ad illos prouocatur,
 in can. 1. 99. dist. Archiepiscopus primas est, & potestis primatæ
 in prouincia alterius episcopi sibi acquirere, Panorm. in cap. expo-
 3 sition. per illud cap. num. 4. de dilation. ¶ Primates ¶ sub sum. Pontifi-
 ce sunt Aquilensis, in Italia: Cantuariensis in Anglia: Bituricensis,
 gl. in can. cleror. in verbo archiepiscopis, 21. dist. Graudensis, Angelus
 de Claudio, in summa, in verbo patriarcha. & Lugdunensis præci-
 pius horum, in Gallia: in Hispania, Toletensis, quem primatum in-
 stituit Urbanus 2. summ. Pontif. vt auctor *Franciscus, Tarapha. lib. de*
reg. Hispanor. in Alphonso 6. in Sardinia, Pisanas, vide Rophredum
Benedictinum, tit. de iurib. que comptant prelat. Nicol. Buerium, in
lib. de auctor. Magni consili. nu. 54.

De Archiepiscopis. Cap. 11.

1 Archiepiscopi consueti vbi ante erant archiflamines, & rectores
 prouinciarum.
 2 Archiepiscopus, & Metropolitanus idem.
 3 Metropolitanus vnde dicitur. Prouincia constituenda quot ci-
 uitates exiguntur, eod.
 4 Metropolitanus ciuitas que dicitur.
 5 Archiepiscopus a quibus eligitur.
 6 Archiepiscopus consecrandus, unguendus & ordinandus.
 Archiepiscopus quid non possit ante consecrationem, eodem.
 7 Archiepiscopi Mosconici a quibus, & ex quibus eligantur, &
 consecrentur.

Archiepiscopi consueti vbi ante erant archiflamines, & rectores
 prouinciarum.
 Archiepiscopus, & Metropolitanus idem.
 Metropolitanus vnde dicitur. Prouincia constituenda quot ci-
 uitates exiguntur, eod.
 Metropolitanus ciuitas que dicitur.
 Archiepiscopus a quibus eligitur.
 Archiepiscopus consecrandus, unguendus & ordinandus.
 Archiepiscopus quid non possit ante consecrationem, eodem.
 Archiepiscopi Mosconici a quibus, & ex quibus eligantur, &
 consecrentur.

creat. tit. 26. c. 1. 4. c. cum nuper. 25. de cens. lib. 3. Decretal. tit. 39. Et etiam Metropolitani ab omnibus suffraganeis consecrati, vel ordinari debent, *Clemens lib. 3. constitutio. Apostolica, ca. 20.* episcopus autem a tribus episcopis scilicet, Metropolitano iubente, c. si episcopus. c. 6. c. sequenti, de tempor. ordin. ¶ Metropolitana Ratiem seu Moscoviticam, auctoritatem suam a Patriarcha Constantinopolitano habent, qui aliquando eligebantur conuocatis omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & prioribus monasteriorum, inquisitione facta viri sanctioris vite per monasteria & eremos. Nunc vero aiunt principem ad se certos conuocare solere, atque ex eorum numero vnum suo iudicio deligere, *Sigismundus liber Baro in comment. rer. Moscoviticarum, dum de religione agit.* ¶ Archiepiscoporum ¶ auctoritas maxime in episcopis sibi iuppositis est, quibus in synodo Antiochena iubetur, vt ad Metropolitanum respiciant, nihilque noui audeant facere in suis parochiis sine conscientia & consilio eius: nec Metropolitanus, sine eorum consilio: quod lege etiam Francaica antiqua statutum est per Carolum Magnum, *lib. 1. legis Francaie, ca. 8. de suffraganeis episcopis.* Habet archiepiscopus sibi subditam propriam diocesim iurisdictione ordinaria, vt episcopus quilibet: & ultra, aliam in suffraganeos exercet potestatem, vt pote qui habet totius prouincie sollicitudinem, c. 1. 2. c. 9. *quæstio. 2. ratione cuius procuratoris a suffraganeis ad illum deferuntur, c. 1. de offic. leg. lib. 1. Decretal. tit. 30. d. c. cum ex officio.* Cognoscit de controuersia, quam clericus habet cum aliquo ex suffraganeis, *can. si clericus, 11. quæst. 1. & suppledo episcoporum negligentiam, ag. t. quod episcopi est officium, can. cum scimus, 9. quæst. 3. c. per thas, 40. §. fin. de sentent. ex com. lib. 5. Decretal. tit. 3. 9.* Quare prouinciam percurrit vt uisitet, inquitur, emendet subditorum vitam & acta illi huius vicissim subsidia, quæ procuraciones dicuntur, confertur, c. cum ex officio, de præscriptio. c. 1. c. 14. ca. cum nuper, de censibus, apud Gregorium. Atque dum ita diocesim inspicit, potest pontificalibus uti insignibus, & iubere crucem ante deferri, *ca. 1. ut lite pendens, lib. 2. Decretal. tit. 16. c. 1. quæst. 1. de privileg. benedicere populo, etiam in locis exemptis a sua iurisdictione, dummodo sint in sua diocesi, Clemens archiepiscopo, de priuileg. apud Clemens.* ¶ Nec ¶ possunt iure episcopi presbyteri illi subditi sui eius & aliorum coepiscoporum consilio, in aulam imperatoriam proficisci, ex constituti. ne yacodi Antiochena, *can. si quis episcopus, 23. quæst. 8. §. nos autem, quomodo episcopi in Antiochia, vel nisi permiserit summi pontificis expressa dispensatio.* Nam Gelasius, Papam in consultiis Metropolitanis gratiam commentus in aulam principis, episcopis face-re posse uoluit, *ca. quo iussu, ca. 23. quæst. 8.* Iulium archiepiscopis in Maticensi concilio, ne sine pallio missas celebrent, in Maticensi concilio, sub Pelag. c. 4.

De Episcopis. Cap. 12.

- 1 Episcoporum & presbyterorum aliquando commune officium, & quare diuisum.
- 2 Episcopi tempore legis Moscaica.
- 3 Dioceses episcopales quales, & unde.
- 4 Dioceses quando episcopatus factæ.
- 5 Episcopus quis eligi potest, & qualitate boni episcopi.
- 6 Episcopus eligendi quale seruitium requiritur.
- 7 Episcopi a quibus eligantur.
- 8 Episcopus quando plebe interueniente electus.
- 9 Episcopum non electi hereticus.
- 10 Episcoporum electio quando ad principes pertinet, & quando eius adempta est.
 - Henricus 5. Cesar inuestituræ extorsit episcoporum, excommunicatus remissi, eod.
 - Baculus & annulus inuestitura episcoporum, eod.
 - Honorius Papa, antea Lambertus dictus, eod.
- 11 Henricus primus rex Anglia episcopos inuestire præsumsit, sed relapsere coactus.
- 12 Nicephorus Phocas orientis Imperator episcoporum institutorum sui usurpauit lege, qua fuit postea subiecta.
- 13 Alexii Comneni, de episcopo eligendo, sanctio.
- 14 Nominatio ad prelaturas regis Gallorum.
- 15 Episcoporum eligendorum in Gallia forma.
- 16 Andium & Alenconius reguli nominant ad prelaturas.
- 17 Episcopum princeps lascius ordinans excommunicatus, & episcopus ipse.
- 18 Princeps non potest interesse electioni episcoporum, ut eligens.
- 19 Episcopum eligunt iure eius ecclesia canonice, & qua forma.

- 20 Absens an suffragium electionis committere alicui, & cui possit.
- 21 Episcopi ordinatio qua forma ab aliis episcopis fiat.
- 22 Episcopi electio intra 3. menses fieri debet, & postea intra tres alios confirmari: aliquando fit deualio iuris ad superiorem.
- 23 Episcopus non consecratus, gerere non potest que sunt ordinis: quæ iurisdictionis pontificalis autem sunt, potest.
- 24 Episcopus non adeptus possessione, bullis expeditis, nunc reuocari beneficia conferat.
 - Idem 25. 26. 27. & seq.
- 25 Regalia principis non euanescent, ante consecrationem episcopi.
- 26 Episcopus nisi consecratus, stricta iurisdictione episcopus non dicitur.
- 27 Episcopatus qui sunt, iuris regalia.
- 28 Confirmatio tradit dominium prelaturae.
- 29 Possessionis beneficii adeptio quando præcipue desideratur.
- 30 Episcopi boni honore digni.
- 31 Nicephorus Imperator orientis Manichæus, & eius mori.
- 32 Episcopatum sedium distinguendarum ratio.
- 33 Episcopatus officii, & potestatis que sint.
- 34 Decime beneficiorum quare non debentur nunc episcopis.
- 35 Annona cura episcopis demandata.
- 36 Episcopo datus a rege Clotario sicutus regis.
- 37 Episcopalis iurisdictionis apud Moscovitas, & apud nos.
- 38 Episcopalis cura symbolum, baculus, & annulus.
 - De baculo pastorali, eod.
- 39 Baculi loco præfertur episcopo apud Uioptensis ceruus, & quare.
- 40 Annulus, mythra, quid significant in episcopo.
 - Mythra, eod.
- 41 Episcopalia vestimenta, baculus, annulus, mythra, sandalia, chirotheca quid significant.
- 42 Episcopis prohibita in alios episcopatus transitio, & dinagatio, & ambitus.
- 43 Episcopum translatio non prohibita, si reuocata fiat.
- 44 Episcopi portatus seu titularis qui, & ius.
- 45 Episcopus non delegat, quæ ordinis sunt, nisi episcopo.
- 46 Chorepiscopi qui dantur, & eorum munus.
- 47 Chorepiscopi que non poterant, exsequi.
- 48 Chorepiscopi sublati.
- 49 Episcoporum sacramentum.

Episcopi ¶ nomen quid significet, iam satis antea, supra cap. 2. 1. Ed. admodum est, & curæ & sollicitudinis esse. Fuit autem aliquando presbyterorum, & episcoporum commune officium, donec ortæ sunt contentiones & schismata in ecclesia Dei, & quisque suos vel suæ potestatis esse putabat quos baptizasset: qua de causa per totum orbem decretum est, vnum & certum presbyterum ceteris præesse, *D. Hieronymus super epist. ad Titum, can. olim, 95. dist. 1. can. legitimus, 93. dist. 1. n. 1. Euseb. Pamphil. lib. 6. historie, c. 33. & in histor. Tripur. lib. 4. c. 24.* Testatur at Neemias episcopatum etiam in lege antiqua fuisse, & episcopum fuisse tunc Leuitarum in Hierusalem Azi filium Bani, filium Hasabiaz, &c. *Esdræ cap. 11. vers. 22.* ¶ Vt ¶ episcopi etiam auctoritatem vtroque testamento conseruati iuris esse diuini, distinctionem tamen episcopatum iuris positui. Quemadmodum & diocesim antiqua est, & ante admisionem Christianum dogma apud Ethnicos diuisio, quæ aut nihil, aut parum immutata est in episcopatum territorio, ad noua ad priorum similitudinem facta est: ¶ Sic ¶ Beatus Rhenanus scribit Romanorum magistratum diocesim, apud Christianos episcopos gubernandas suscepisse, & Romanos diocesim uocasse, quas ad imitationem procuraciones, dicere possumus, *Beatus Rhenanus lib. 3. rerum Germanicarum de diocesibus Imperii Romani in libro qui inscriptus notitia uiribusque orbis, & apud Sextum Rufum consularum, in Compen. histor. Mutuati hoc nomen Romania Grecis, quibus diocesis est administratio: vt apud Æschinem diocesis tunc alexos, administratio ciuitatis, vt Herodianus dicit, lib. 6. de principum temp. tunc tunc alexos tunc alexos tunc alexos, tunc tunc alexos, tunc tunc alexos, tunc tunc alexos.* Cetero minores prouincias diocesim nominat, ut ne omnium, *Cicero 3. epist. famil. inquit, diocesim, quæcis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus, legationesque conueniunt.* Erad Atticum, mirifica expectatio nostrarum diocesim. Ab hac ergo procuracione populi diocesim episcopus dicitur queque, qui præpositus est ecclesie Dei, vt ei bene præsit: & episcopus in ecclesia, & ecclesia in episcopo, *can. scire debes, septima quæstione prima.* & caput diocesim episcopus, *ca. cum non locat, cap. 12. de præscriptio. 1. ¶ Episcopatus ¶ factus*